


1703, 28 f.
CHRISTIANI THOMASII ICTI
POTENTISSIMO PRVSSORVM REGI A CONSILIIS INTIMIS 17
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE DIRECTORIS, PROFESSORIS
IVRIS PRIMARII ET ORDINIS ICTORVM PRAESIDIS

TRACTATIO IVRIDICA,
LARVA
LEGIS AQVILIAE
DETRACTA
ACTIONI DE DAMNO DATO,
RECEPTÆ
IN FORIS GERMANORVM.

Dis. lat. Pl. 1703.



HALAE MAGDEBURGICAE,
LITTERIS HENDELIANIS, 1750. (6)





LARVA
LEGIS AQUILIAE
DETRACTA
ACTIONI DE DAMNO DATO,
RECEPTÆ
IN FORIS GERMANORUM.

SUMMARIA.

Status controversia & methodus dissertationis. §. I. Natura di-
citat, damnum datum esse resarcendum. §. II. Eriam ex sola
negligentia datum. §. III. Eriam casu. §. IV. Plerumque ta-
men casum sentit Dominus. §. V. Concursum dolis & dolci culpe
& culpe intuitu damnum dantis & patientis. §. VI. Similis
concursum utrinque ad casum onerat Dominum. §. VII. Sal-
tem igitur hic probandum, damnum a reo datum esse, non, quo-
modo datum sit. §. VIII. Damnum a furioso vel insante datum
ex horum bonis reparandum esse. §. IX. Actionem hanc oriri
non ex delicto, sed ex aequitate, fluente ex natura Domini. §. X.
Unde & soli Domino danda, et si dominium non sit exalte pro-
bandum. §. XI. Estque hac actio solum rei persecutoria. §. XII.
Tenentur ea etiam heredes. §. XIII. In pluribus damnum dan-
tibus unius solutio reliquos liberat. §. XIV. Excusatio, cur ha-
bitenus nulli Autores allegati. §. XV. Apud Romanos lex Aqui-
lia praecedentibus legibus derogavit. §. XVI. Dispositio legis

A 2

Aqui-

S U M M A R I A.

Aquilie. §. XVII. *Quatenus ea a Jure Gentium recessit, pertinet ad leges duras.* §. XVIII. *Quia eadem pena coercet dolum & negligentiam minimam.* §. XIX. L. Aquilie actionem locum non habere, si damnum datum per talam negligentiam, quæ intuitu contractus non imputatur. §. XX. Dubium: an actio L. Aquilie penal is, an rei persecutoria, an mixta. §. XXI. Rationes, quod sit penal is, sed parum sufficientes. §. XXII. Pau- lum habuisse actionem L. Aquilie pro rei persecutoria & Ulpiano contradixisse. §. XXIII. Actionem L. Aquilie tanquam pana- lem non dari contra heredes. §. XXIV. Plures si damnum de- dicerint, unius solutione reliquos non liberari. §. XXV. Adver- sus furiosos & infantes actionem legis Aquilie non dari. §. XXVI. Nec meliore hic rationem dari posse, quam quia penal est. §. XXVII. Comparatio furiosi cum quadrupede quatenus hic procedat. §. XXVIII. Unde etiam dicitur ex delicto oriri. §. XXIX. Actio Legis Aquilie datur adversus insciantes in du- plum. §. XXX. Jure Canonico damnum dans ultra veram da- mni restitutionem non tenetur can. fraternitas Cap. 12. qua. s. 2. §. XXXI. Eodem jure actio de damno dato datur contra here- des can. 3. Cap. 16. q. 6. §. XXXII. Et cap. ult. X. de Sepulcritis. §. XXXIII. Non tamen ultra vires hereditatis cap. 5. X. de ra- ptoribus. §. XXXIV. Igitur Jure Canonico heredes tenentur generaliter ad restitutionem damni per dolum defuncti dati. §. XXXV. Et multo magis si damnum culpa defuncti datum sit. §. XXXVI. Notatur Cl. Bækelmannus. §. XXXVII. Leges an- tique Germanorum de restitutione damni dati non convenient cum Lege Aquilia. §. XXXVIII. Capitula speculi Suevici de da- minorum restitutione. §. XXXIX. Capitula Speculi Saxonici. §. XL. Ostenditur actionem de damno dato reparando secun- dum utrumque speculum esse rei persecutoriam. §. XLI. Quamvis dissentiat Dn. Schilterus. §. XLII. Cui responderet. §. XLIII. Moribus Germanicis hodiernis petitur saltem simplex damni asti- matio. §. XLIV. Unde actio legis Aquilie exulat, nisi in specie sit recepta, ut Jure Borussico. §. XLV. Inconvenientia & con- fusio

SUMMARIA.

5

fusio Juris Borussici. §. XLVI. Unde nec ullus actionis Aquiliae,
nec Legis Aquiliae Usus in foris Germaniae. §. XLVII. Dissentit
tamen iterum Dn. Schilterus. §. LXVIII. Cui respondeatur.
§. XLIX. Et ostenditur differentia inter usum Legis Aquiliae &
usum legum quarundam sub titulo de Lege Aquilia. §. L. Actionem
bodiernam de damno dato ortam esse ex Jure Canonico &
se qui doctrinam Juris Gentium. §. LI. Unde satis sita invectio e.
Sichardi contra praxim bodiernam verbis Dn. Schilteri. §. LII.
Respondeatur Dn. Schiltero, triplicem actionem bodie de damno
dato constitutam. Primam scilicet hactenus recensitam in usu
esse. §. LIII. Notatur obiter formula actionis quam exhibet
Schacherus. §. LIV. Secundam vero ex Jure Germanico medio
non esse in usu, ipso satente Dn. Schilt. §. LV. Neque tertiam ex
L. Aquilia. §. LVI. Unde sequitur, omnes conclusiones Legis A-
quiliae bodie in praxi cessare. §. LVII. Igitur bodiernam actionem
non dari contra heredes. §. LVIII. Quod confirmatur au-
toritate Mevii. §. LIX. Et respondeatur dissentibus. §. LX.
Porro bodierna actione unum ex pluribus solventem, reliquos li-
berare. §. LXI. Sed & actionem bodiernam dari adversos furio-
sos & infantes. §. LXII. Et panam inficiacionis non esse usure-
ceptam. §. LXIII. Quamvis Jus Prutenicum & hic receperit
Jus Romanum. §. LXIV.

§. I.



Um larvam legis Aquiliae detrahere
volumus actioni de damno dato, qua
hactenus Germani in foro usi sunt,
non est animus exponere omnia, quae
ad naturam sive actionis legis Aquiliæ,
sive actionis Germanorum de da-
mno dato pertinent, sed reliquis o-
missis taltem ostendere, quod & tio nostra, qua utimur, ab
actione legis Aquiliæ magis differat, quam avis a quadrupe-

A 3

de,

6 LARVA LEGIS AQUILIAE DETRACTA

de, et si communiter persuasum sit & commentatoribus iuris Justiniane & Pragmaticis, actionem nostram esse actionem legis Aquiliae. Non vero videtur commodius tractari & ostendandi posse assertio nostra, quam si ostenderamus: quid jus Gentium requirat in restitutione damni dati? quid addiderit aut detraxerit Juri Gentium lex Aquilia? quid rursus immutaverit jus canonicum? quid mores prisci Germanorum hac parte observaverint? quid hodierni? anni vi quid introduxerint? Unde orti? quomodo questiones inde dependentes sint definienda?

§. II.

Damnum alteri a nobis datum, esse resarcendum, ita cordibus hominum inscriptum est, ut nemo unquam, quodcunque etiam primum Juris Naturae vel Gentium principium supposuerit, ea de redubitaverit. Postulat id communis tranquillitas, postulat æqualitas humani generis. Nemo sibi vult damnum dari, non itaque det aliis. Quilibet vult sibi damnum ab aliis datum resarciri; resarciat aliis. Suum cuique tribuendum est: tribuatur & damni restitutio. Nemo laedendus. Frustraneum hoc esset præceptum, si post lœsionem non tenerer leso ad satisfactionem.

§. III.

Neque interest, sive deliberato animo alteri damnum dem, sive non data opera. Ut enim recta ratio dicitat, dolum meum non debere mihi prodefesse nec alteri nocere: ita eadema est ratio mea negligentiae. Nullum est fundamentum, per quod alteri imputare possim negligentiam meam. Ergo si alterutri debet negligentia nocere, æquius est, ut mihi quam ut alteri. Multæ felicitates mihi accidunt, quas non sum meritus, aut ad quarum acquisitionem nihil

ACTIONI DE DAMNO DATO, ETC.

7

nihil contulit industria mea. Ergo æquum est, ut etiam feram illa, quæ accident absque industria mea, & propo-

sito.

§. IV.

Quare non solum recta ratio suadet, ut damnum culpa quacunque datum æque refarciam, ac si dolo idem derim, sed & si plane nulla mea culpa, verum mero casu alteri damnum datum sit, modo a me id fuerit datum. Æquum nonsolum, sed & justum est, ut damnum casu datum refarciam. Æquum est, quia pium & humanum est, aliis, quibus etiam non a nobis damnum datum est, ex abundantia nostra succurrere &c. in solatium rerum amissarum quædam donare; quanto magis iis, qui factò nostro damnum passi sunt: Justum est, quia tranquillitas humani generis id postulat. Finge: sum apud amicum: vitrum aliquod pretiosum adspicio, manibus id meis circumvolvens: ex improviso aliquid accidit, quod maximum terrorem non mihi saltem, sed & domino vitri incutit; Terror hic ita me occupat, ut vitrum ex manibus cadat. Quis jam damnum hoc ferre debet? Esto: non habui intentionem vitrum frangendi, non fui negligens in ejus consideratione: nihil mihi imputari potest, merus casus est. Sed idem adversus me allegabit Dominus vitri. Neque ego, inquiet, habui intentionem vitrum frangendi; nec ulla negligentia mihi imputari potest. Et intuitu mei merus casus est. Quid ergo faciendum? an partienda satisfactio inter dominum rei & eum qui causa physica danni fuit? Non arbitror. Nam quicquid sit de imputatione ex dolo & negligentia, sufficit, quod ego damnum dederim, dominus vero ad illud nec physicè nec moraliter concurrevit. Sufficit, quod factum meum

8 LARVA LEGIS AÆQUILIAE DETRACTA

meum dominus adversus me allegare possit. Nam si vitrum non summissem in manus, non etiam id fuisset fractum. Quam innocens igitur sit curiositas mea, mea tamen est, non domini vitri. Ergo justum est, ut qui ex hac innocentie curiositate defecationem capio, etiam damnum sentiam, et si innocentier secutum.

§. V.

Cum tamen in his & similibus casibus, ubi nec ex proposito, nec ex culpa aut negligentia damnum dedi, multæ eæque infinitæ possint intervenire circumstantiae, ut difficile sit definire, quis damnum resarcire debeat; hinc communiter dici solet, quod casum sentiat dominus. Finge: terorem istum fuisse mihi & reliquis incussum per explosionem sclopeti; dubium esse: utrum alter jus explodendi habuerit: an ex petulantia id fecerit &c. Finge concussione illa aëris, quasdam res, que ibi collocatae erant, unde vitrum sumiseram, sua sponte in terram cecidisse, non tam omnes. Finge: me motu valde præcipitato januam claudere vel aperire; eo motu simul per aëris contactum fenestrarum non bene clausam & obseratam aperiri; simul vero hoc motu fenestræ quædam perdi vel frangi &c. A quo hic Dominus petet damni dati resarcitionem: quem convincet esse veram causam (saltem physicam) damni dati? Igitur quia omnis actor jure Gentium debet id agere, ut cuilibet tertio appareat fundamentum actionis, & in moralibus idem valet, non esse & non apparere; leges etiam de eo fieri debent, quod non semel aut bis, sed frequenter fit; non iniquum etiam est censendum, quodsi legibus plerarumque Gentium concedatur actio de damno dato resarcendo, adversus eum saltem, qui dolo vel culpa quacunque damnum dederit, non qui casu.

§. VI.

ACTIONI DE DAMNO DATO, ETC. 9

§. VI.

Porro uti regulæ æqualitatis & humanitatis volunt, ut, ubi apertum est, duos dolose invicem læsisse, aut sibi damnum dedisse, ut dolus cum dolo compensetur, & sic uterque damnum, quod plusquam sua culpa sentit, ferat; ita non multum absimilis ratio est, si concurrat culpa Domini cum culpa damnum dantis. In quo enim defectu humanæ naturæ quisque cum altero concurrit, ibi non æquum est, ut propter illum defectum ab altero aliquid acquirere velit. Ex hac regula æquitatis sua sponte fluit, quod, si apud negligenter in suis rebus amicum res meas deposuerim, aut ei custodiendas tradiderim, qui in propriis rebus custodientis non multum diligens est; aut quod si cum tali homine negligente societatem iniverim; mihi imputare debeam, si damnum in re deposita, vel ad societatem pertinente datum fuerit, modo is tum res suas non melius observaverit, aut custodierit, ubi dolus apertus vel certe ab omnibus præsumtus adest.

§. VII.

Itaque facile exinde cognoscitur, quod jure Gentium, etiam si dixerimus, cum qui casu damnum physice dedit ad reparationem teneri, tamen illa assertio inde quoque limitationem accipiat, si Dominus ipse rei simul causa vel saltem occasio damni dati fuerit: v.gr. si amico vitrum illud pretiosum considerandum ipse in manus dederit; si petat ab amico, ut vitrum istud in alto loco collocatum inde auferat, & amicus casu de scammo cadat &c.

§. VIII.

Porro Jure Gentium in actione de damno dato nihil probandum est ulterius, quam quod reus damnum dederit,

B

utrum

10 LARVA LEGIS AQUILÆ DETRACTA

utrum dolo vel negligentia id factum fuerit, non probandum est, quia quoad restitutionem damni dati hic nihil interest, quod vero in questionem non venit, ejus probatio ne auctor non est onerandus. Nec obest, quod reus excipere possit, se nec dolo nec culpa dedisse damnum, sed me ro casu, adeoque hoc intuitu omnino dolus aut culpa dantis damnum veniat in questionem. Praeterquam enim, quod jam docuerimus, Jure Gentium regulariter obligati damnum dantem etiam in infortunio vel casu; posito etiam, quod tales concurrent circumstantiae, que reum a restitutione damni liberent, aut quod lege civili id caustum sit, ut casu dans damnum non conveniri efficaciter possit, sufficit, quod hic presumptionem pro se habeat auctor, cum plerumque, & ita regulariter, damna siant culpa dantum. Auctor vero, qui presumptionem pro se habet, a probatione liberatur, & quoties porro Auctor se in regula fundat, reus in exceptione, probatio tum non auctor, sed reo ex natura rei & sic ex Jure Gentium incumbit.

§. IX.

Jam vero evidens est, quid Jure Gentium sentierendum sit de eo casu, si furiosus aut infans damnum dederit. Qui libet homo alteri resarcire debet damnum, quod dedit.

Sic in te hanc probaret auctor modo. Furiosus autem tamen: tunc certe aliquis gaudet cum rationis sua contract: eo illo tempore, et ipso loco, etiam si furioso vel infantem datum est, inuestit auctor.

Excepit furiosus vel infans: ego non restituio, quis furiosus vel infans sum. Quae ratio connexionis? Atqui nec dolit nec culpæ sum capax. Capax tamen es, ut damnum dare possis. Furor tuus est: Infantia tua est, ergo ad te etiam pertinent omnia, que ex furore & infantia sequuntur. Quæ enim illa ratio suadere potest, ut furor & infantia tua non tibi, sed mihi nocet? Quoties obligatio ex re venit, i.e. ex æquitate naturali, non ex contractu, neque ex delicto, toties

etiam
libertas mentis est fundamentum imputandi: haec fante possit imputatio. Furor, infantia excludit libertatem mentis. Et ob imputationem.

** * / Per raro facili contingere potest, ut furiosus vel infans dat damnum aliquo vulna laeti intermissione vel eius, cui cura in furientem & infantem incumbit.*

xxxvij obi plane nulla a deo obligatio; ibi quoque ree obligationem
ex re verientem agnoscere possumus. *Hab. Ego.*

ACTIONI DE DAMNO DATO, ETC.

etiam obligantur furiosi & infantes. *Jure Gentium* actio
datur ob damnum injuria datum. Injuria vero in materia
damni dat omne denotat, quod non sit jure. Sufficit ergo,
quod furiosus infans nullum jus habeat damni mihi dandi,
& ideo, quia nullum jus habet, obligatus etiam est ad damni
a se dati restitutionem. Quid putas? furiosus & infans
vult mihi damnum dare, nondum dedit: sum ne obligatus,
ut patiar, damnum mihi dari? An impedire id possum?
Possum utique. Sed urget furiosus. Possum resistere,
possum repellere, etiam verberibus, si opus sit, & exhibita
vi majore. Quia videlicet furiosus nullum jus habet dan-
di damnum, ego vero jus habeo defendendi rem meam.
Ego, qui jure meo utor, furioso non facio injuriam. Fu-
riosus etsi furiosus, cum nullum jus habeat, injuriam mihi
facit. Igitur cum possim furiosum, etiam cum gravidamno
corpori ejus illato, repellere, cur non possim petere restitu-
tionem damni dati ex bonis ejus?

§. X.

Sequitur porro ex dictis, fontem actionis de repara-
tione damni Jure Gentium non magis esse delictum alterius,
quam contractum, quia hic non consideratur, an alter inten-
tionem habuerit damni dandi nec ne. Delicta vero ex in-
tentione judicantur. Unde saepius diximus, actionem hanc
ex æquitate oriri. Ne tamen urgeas; æquitatem hanc vi-
deri cerebrinam, nisi fons specialior ostendatur, dicam, quod
sentio. Damni in re sua dati reparationem petere ex Do-
minio fluit. Dum enim res jure Dominii sit propria, non
solum Dominus de ejus rei usu regulariter disponere, alios
pro lubitu ab eo excludere, vel ad illum admittere potest,
sed & rem vindicare, alienare, conservare, defendere, & igi-
tur de damno etiam in ea dato satisfactionem petere.

B 2

§. XI.

5. hoc est (quod fit)
contra iur. i.e.
Si culpa (quod fa-
ctum) —
igit injuriam
eo accipiendo
damnum culpa
datum etiam
ab eo, qui nocere
voluit. (c. 5. 9. 1.)
ad Ego.

Volut aliud
bonum inuaderet

12 LARVA LEGIS AQUILÆ DETRACTA

§. IX.

Hinc & regulariter actio de damno reparando non alii danda est quam Domino rei, quia tamen factum alterius semper præsupponit, etiam Jure Gentium non ad actiones reales, sed personales est referenda; neque etiam actor hic de probando Dominio tantopere deberet esse sollicitus, quia a reo ipsi de Dominio non movetur controversia, & quando dictum fuit, Domino dari hanc actionem, id non tam intuitu rei, quam tertii concurrentis intelligendum est, ut huic præferatur Dominus rei.

§. XII.

Dum vero reparationem damni dati hic petimus, res ipsa ostendit, nos petere id, quod nobis abest, i. e. æstimationem damni dati. Unde hæc actio Jure Gentium non nisi rei persecutoria est. Dum enim, ut ostensum, a dolo vel culpa damnum dantis abstrahitur, pœnam vero sola delicta dolo data requirunt, certe negligentia minimi gradus, qualis tamen ab hac actione non excusat, omnem pœnam respuit: qua ex ratione Dominus damnum patiens posset pœnam ab altero exigere? Porro dum ex Dominio fuit eadem actio, nulla ratio subest pœnam exigens. Uti enim, dum alter rem meam detinet, nihil aliud quam substantiam rei ejusque fructus vindico; ita si substantia rei lœla est, aut lucrum certum rei interceptum, nil nisi valorem rei & æstimationem, postulo, & quidem, cum pretia rei varient, valorem qui fuit tempore dati, haec tenus enim saltem mihi datum fuit.

§. XIII.

Cum vero heres secundum mores Gentium succedat in omnia debita defuncti, minimum eo usque quatenus ad corum

ACTIONI DE DAMNO DATO, ETC. 13

orum solutionem sufficient bona defuncti; hinc Jure Gentium nullum est dubium, quod heredes damnum dantis teneantur etiam ad ejus reparationem. Nulla enim ratio exceptionis hic adest, cur non debeant obligati esse.

§. XIV.

Quodsi etiam plures damnum dederint, id certum est, si constet, ad quam partem damni quis concurrerit, singulos non de toto damno, sed quemque de sua parte teneri. Quodsi non constet, et si variis casus possint oriri, ut singuli teneantur in solidum, quos hic discutere non est hujus loci, nullum tamen est dubium, quin Jure Gentium unius præstatione reliqui liberentur, quia tum videlicet dominus rei æstimationem quæ ipsi aberat jam habet.

§. XV.

Habes ita naturam actionis de reparatione dannorum ex Jure Gentium. Quod nullos autores hic citaverim, ægre non feres. Cum enim Jus Gentium naturalis ratio distinet omnibus hominibus, & speremus etiam, lectors sua ratione, non commodata aut precario rogata præditos fore, noluimus illis tanquam in re plana, tedium creare, allegatione magnorum virorum, quos alias veneramur, aut etiam nominum barbarorum, Moralistarum videlicet vel Italorum vel Hispanorum, quibus mulieres in Indiis infantes terrere solent.

§. XVI.

Jam videndum, quid lex Aquilia Juris Gentium dispositioni addiderit, vel detraxerit. Ubi præstabit rem ex fontibus ostendere magis quam ex rivis Systematum, aut cloacis Glossatorum. Les Aquilia, ait ULPIANUS, l. i. ff. b. t. omnibus legibus, quæ ante se de damno injuria locuta sunt, de-

B 3 roga-



14 LARVA LEGIS AQUILIAE DETRACTA

rogavit, sive duodecim tabulis, sive alia quæ fuit. Quas leges nunc referre non est necesse. Quænam fuerint illæ præcæ leges, quibus derogaverit lex Aquilia, nec ad scopum nostrum pertinet, nec poterimus etiam distinctius multo indagare, cum ea ignorare nos voluerit diligentia Justiniani. Interim, ut illud certum, quod Romani semper, & adeo diu ante legem Aquiliam habuerint actiones de damno dato, ita verosimile est, eas magis convenisse cum Jure Gentium haec tenus exposito, cum lex Aquilia iis omnibus derogaverit, uti derogavit fere omnibus haec tenus recensitis Juris Gentium capitibus. Quidammodum vero plane impertinens foret, si actiones illas antiquæ Juris Romani de damno dato vellemus appellare actiones legis Aquiliæ antiquas, cum lex Aquilia iis derogaverit; ita æque impertinens erit, si quis actiones alterius Gentis ab actione legis Aquiliæ essentialiter discrepantes, velit actionem legis Aquiliæ essentialiter discrepantes, velit actionem legis Aquiliæ ex eo solum dicere, quod in iis agatur de damno dato.

§. XVII.

Lege Aquilia primo capite cavitur, ut qui servum, servamve, alienum, alienamve, quadrupedem, vel pecudem, injuria occiderit: quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum æs dare Domino damnas esto. (GAJUS l. 2. pr. ad L. Aquil.) Hujus legis secundum quidem capitulum in desuetudinem abiit. Tertio autem capite ait eadem lex Aquilia: Cæterarum rerum, præter hominem & pecudem occisis, si quis alteri damnum faxit, quod usserit, fregerit, ruperit injuria: quanti ea res erit in diebus triginta proximis, tantum æs domino dare damnas esto (ULPIANUS l. 27. §. 4. & 5. ff. eod.) Hæc verba: quanti in triginta diebus proximis fuit, et si non habent

bent plurimi, sic tamen esse accipienda constat. (ULPIANUS l. 29. s. fin. ff. eod.)

§ XVIII.

Jam in confessio apud omnes est, quod lex Aquilia in eo a Jure Gentium recesserit, quod non volueris simplicem damni dati aestimationem domino restituiri, quanti videlicet res fuerit tempore damni dati, sed quanti plurimi retro fuerit vel in anno, quando mancipium aut quadrupes fuerint occisi, vel in mense seu proximis triginta diebus, in reliquis damnorum speciebus. Et in hoc consistit formalis & essentialis ratio legis Aquiliæ. Quemadmodum vero ratio differenter inter primum & tertium caput; & cur diversæ præstationes ibi fuerint injunctæ, forte non difficulter dari posset; Ita non diffitendum est, longe difficilius esse, genuinam rationem invenire, quæ moverit Aquilium, ut plus quam damni revera dati reparationem, injunxerit damnum dantibus. Divinatoribus hic nobis esse non licet, nec ad scopum nostrum pertinet. Circumstantiis tamen omnibus probe expensis nil convenientius dici poterit, quam duram quidem esse legem, ita tamen scriptam.

§. XIX.

Quodsi Aquilius dolum eorum, qui damna dederunt, coercere voluisse, res nullum haberet dubium; At cum hic a dolo abstrahatur, & æque actio legis Aquiliæ detur, si vel minima negligentia damnum fuerit datum, & quæ ad hanc circumstantiam requisita juris Gentium *supra s. 2. & 3.* annotata, intempestive fuerint retenta, in occulto adhuc manet æquitas legis Aquiliæ. *Injuriam* (inquit ULPIANUS l. 5. s. 1. b. t.) hic accipere nos oportet: non quemadmodum circa injuriarum actionem, contumeliam quandam: sed quod

non

16 LARVA LEGIS AQUILÆ DETRACTA

non jure factum est, hoc est, contra jus, id est, si culpa quis occidit, & ideo interdum utraque actio concurrit, & legis Aquilæ & injuriarum. Sed duæ erunt aestimationes, alia danni, alia contumelie. Igitur injuriam hic damnum recipiemus culpa datum, etiam ab eo, qui nocere noluit. PAULUS (l. 30. s. 3. eod.) In hac quoque actione, que ex hoc capitulo (tertio) oritur, dolus & culpa punitur. Rursus ULPIANUS (l. 44. pr. eod.) In lege Aquilia & levissima culpa venit.

§. XX.

Porro uti & in ea Lex Aquilia non recessit a Jure Gentium, quod soli Domino voluerit actionem dari, l.u. s. 6. eodem (conf. supra s. u.) ita & similiter verius est, si quis in re, quam ex contractu penes se habet, damnum non ea culpa dederit, quam ex natura contractus prestare tenetur, non solum cessare actionem ex contractu, sed etiam actionem Legis Aquilæ, quia videlicet hic culpa Domini concurrit per dicta superius s. 6. & quia contradictionem involvet, ad diligentiam aliquem ex contractu non teneri, nequidem ad simplicem rei aestimationem praestandum, & tamen ex lege Aquilia teneri ad duriorem aestimationem. Illustris DN. STRYKE in Uso Moderno ad tit. de L. Aquil. s. 14. & in tractatu de action. investig. Sect. I. membr. 10. s. 28. Unde facile satisfieri poterit rationibus dissentientium; quod lex Aquilia non sit subsidiarium remedium uti actio dolii, sed ordinarium, & contractus interveniens non possit majorem delinquendi licentiam tribuere contrahentibus, quam aliis. Neque enim sequitur: actio legis Aquilæ est remedium ordinarium, ergo contrahentes et possunt conveniri. Et quia in Lege Aquilia non opus est ulla probatione dolii vel culpæ ab altero commissæ, ac culpa etiam delictum non consti-

ACTIONE DE DAMNO DATO, ETC. 17

constituit, hinc etiam non potest inferri ex sententia nostra,
quod hoc pæco contrahentibus major delinquendi licentia
suppeditur.

§. XXI.

Jam cum Lex Aquilia reum condemnaverit quidem
in rei aestimationem, sed quanti retro plurimi fuerit, quod
satis irregularē & durum fuisse ostendimus; peperit hæc
capitalis irregularitas alias plures. Incertum enim erat &
valde dubium, an hæc actio debeat annumerari actionibus
rei persecutoriis? quia simplex rei aestimatio petitur; an
pœnaliibus? quia peritur non veri damni restitutio, sed reus
condemnatur in majus, quanti scilicet res retro fuerit; an
mixta? quia tamen hæc condemnatio continebat in se re-
stitutionem veri pretii. Quemadmodum ergo JCTi veteres
facile inter se disseceabant, utpote variis sectis dediti; ita
nullum est dubium, dissensisse & in hac quæstione. ULPIA-
NUS eam pro pœnali habet l.ii. §. 2. l. 23. §. 8. b.t. Ethu-
jus sententiam JUSTINIANUS recepit in Pandectis an recte,
jam non disputo. Nec dispergo an eum intellexerit? Ul-
pianum enim habuisse actionem L. Aquiliæ pro mere pœ-
nali docebunt sequentia. Contra Justinianus habuit pro
actione mixta in Instit. §. 19. de actionibus.

§. XXII.

Referamus saltem rationes, quæ pro sententia ULPIA-
NI afferri possunt. Eas suppeditat DN. SCHILTER Exerc.
ad Pandect. i9. tb. 47. Atque, inquit, cum & simplum pœnam
contineat, ideo creditum est, ait JUSTIANUS §. 9. b.t. pœna-
lem esse hujus legis actionem, quia non solum tanti quisque ob-
ligatur, quantum damni dederit, sed aliquando longe pluris.
Ideoque constat, in heredem eam actionem non transire, quæ

C

transi-

18 LARVA LEGIS AQUILÆ DETRACTA

transfutura fuisset, si ultra damnum nunquam lis aestimaretur. Nec errare nos faciet, quod aliquando pluris obligari, quis dicitur: nam illud non ea intentione dictum accipi debet, quasi hanc naturalem aptitudinem pluri obligandi non haberet perpetuum; SCHNEIDEWIN. l. h. r. §. his autem verbis. TREUTL. i. 18 10 H. PISTOR. l. qu. 27. sed duntaxat extermum illius effectum, atque eventum persecutionis respicit, non essentiam & naturam obligationis, quam si attendimus, verum est, regulariter & semper obligari reuin in id, quanti plurimi in eo anno fuerit, non quanti tempore dati danni est: quod si accidit, ut aestimatio maxima in tempus damni dati incidat, id accidentale quid est, nec alterat essentiam obligationis & actionis. Atque hoc facit, quod, ut Hottomannus arbitratur, Tullius apparet hanc plurimi estimationem MULCTAM L. AQUILÆ, cum in Bruto ait: atque eodem tempore accusator de plebe L. Cæsiderus fuit, quem ego audiri jam senem, cum ab L. Sabelio mulctam Legi Aquilia de justitia petivisset. Ubi pro de iustitia vult legi damni injuria. Noluimus autem prolixè examinare has rationes pro sententia Ulpianea allatas. Nam ut reliqua taceam, quilibet videt, quod probent saltem, actionem Legis Aquilæ non esse unquam mere rei persecutoriam, non vero probant, quod sit pure penalis, ut voluit Ulpianus.

§ XXIII.

Quamvis vero Justinianus sub titulo de Legi Aquilia saltem Ulpiani sententiam retulerit, actionem hanc pro pecuniari habentis, reliquorum ex diversis Seçtis aliter sententium orniserit, alibi tamen incaute retulit etiam sententiam eorum, qui pro rei persecutoria habuerunt, inter quos fuit evidenter PAULUS, cuius doctrinam excerpit Tribonianus in titu-

lo

lo pro socio. Postquam enim ULPIANUS l. 47. s. i. ff. pro socio dixisset; socium si damnum in re communī dederit, Aquilia teneri secundum opinionem Celsi, Juliani & Pomponii; addicur statim in l. 48. ex Paulo, quod nibilominus & pro socio teneatur, & in l. 50. continuatur: Sed actione pro socio consequitur, ut altera actione contentus esse debeat, quia utraque actio ad rei persecutionem respicit, non, ut furti, ad pœnam duntaxat. Ex eadem hypothesi PAULI est lex 18. ff. b. t. et si hic sententiae de natura actionis nulla fiat mentio. Sed et si is, inquit, qui pignori servum accepit, occidit eum, vel vulneravit, lege Aquilia & pignoratitia conveniri potest. Sed alterutra contentus esse debebit actor. Habet igitur hic novum exemplum antinomiae in Jure Justinianeo. Scio equidem, quod DN. SCHILTER d. Exerc. 19. ad Pandect. tb. 43. conciliare velit Paulum cum Ulpiano, quod videlicet Paulus non excludat pœnam. Quemadmodum vero ea conciliatio fundata videtur in d. l. 50. pro socio verbis: non, ut furti ad pœnam duntaxat; ita rursus conjectura altera fortior est, quod PAULUS in d. l. 50. & d. l. 18. actionem legis Aquiliæ promere rei persecutoria habuerit, quia Paulus statuit, actionem ex contractu & actionem legis Aquiliæ unam alteram tollere. Si enim legis Aquiliæ actionem habuisset pro mixta, dixisset, quod actionem ex Lege Aquilia actio pro socio vel pignoratitia tollat, nisi quatenus illa pinguior est, & pœnam quoque continet. Sed etiam si demus, Paulum habuisse actionem legis Aquiliæ pro mixta, (quod tamen per dicta non videtur) maneret tamen contradic̄tio, quia Ulpianus eam habuit pro mere pœnali, quemadmodum præter hanc dicta, id latius patebit ex sequentibus.

20 LARVA LEGIS AQUILIAE DETRACTA

§. XXIV.

Quæritur enim, an actio L. Aquiliæ in heredes detur? Si Paulus respondere debuisset, respondisset haud dubio dari, cum sit rei persecutoria. Imperator vero JUSTINIANUS respondit in §. 9. Inst. b. t. eam contra heredes non dari, cum sit penalis. Conf. supra §. 22. Eaque in re iterum secutus est ULPIANUM l. 23. §. 8. b. t. Hanc actionem & heredi ceterisque successoribus dari constat, sed in heredem vel ceteros bac actio non dabatur, cum sit penal; nisi forte ex damno locupletior heres factus sit. Quodsi enim Ulpianus pro mixta habuisset, non dixisset; cum sit penalis, sed: cum penam quoque contineat, vel quid simile.

§. XXV.

Clarius id patet ex questione altera, quomodo plures teneantur, qui damnum dederunt, & an videlicet unius solutione liberentur reliqui. Tractat eam ULPIANUS l. n. §. 2. b. t. Sed si plures servum percererint: utrum omnes, quasi occiderint, teneantur, videamus: & si quidem apparet, eujus ieiun perierit ille, quasi occiderit, tenetur. Quodsi non apparet; omnes, quasi occiderint, teneri, Julianus ait. Et si cum uno agatur, ceteri non liberantur. Nam ex Lego Aquilia, quod alius præstít, alium non relevat, cum sit pena. Si habuisset pro mixta actione inept pena. Paulus ex sua hypothesi contra respondisset, unius solutione reliquos libera-ri, cum actio legis Aquiliæ rei persecutionem contineat.

§. XXVI.

Venio ad questionem de furioso damnum dante. Eum Jure Gentium teneri ad reparationem damni, supra probavimus §. 9. Contra ULPIANUS, postquam l. 5. §. 1. b. t. monuisset per damnum injuria datum hic intelligi, quod non

ACTIONI DE DAMNO DATO, ETC. 21

non jure factum est, i.e. do^{lo} vel culpa datum; subjungit
§. 2. Et ideo querimus, si furiosus damnum dederit, an legis
Aquilæ actio sit, & Pegasus negavit. Quæ enim in eo cul-
pasit, cum suæ mentis non sit? Et hoc verissimum. Cessabit
igitur Aquilæ actio. Quemadmodum si quadrupes damnum
dederit, Aquilia cessa: aut si tegula ceciderit, sed & si in-
fans damnum dederit, idem erit dicendum. Quodsi impubes
id fecerit, Labeo ait, quia furti tenetur, teneri & Aquilæ eum.
Et puto verum, si sit jam injuria capax.

§. XXVII.

Quod vero rationem Ulpiani attinet, ideo non dari in
furiosum Legis Aquilæ actionem, quod furiosus nec dol,
nec culpe sit capax, ea ex supra dictis impugnari potest.
Si enim damnum injurya datum, est damnum, quod non ju-
re sit, non videtur furiosus aut infans liberari ab actione le-
gis Aquilæ, quia & damnum ab his datum non sit jure:
nullum enim jus habent furiosus aut infans damnum dandi.
Melius itaque fecisset Ulpianus, si & hic hypothesin suam
sequens dixisset, quia actio Legis Aquilæ penal is est. Pœ-
na enim haud dubie non cadit in furiosum & infantem.

§. XXVIII.

Illustrantur dicta exinde, quod ULPIANUS d. l. s. §. 2.
furiosum & infantem damnum dantes comparet cum da-
mno a quadrupedibus dato, ubi etiam cessa: actio L. Aqui-
læ. Quodsi enim habuisset actionem Legis Aquilæ pro
rei persecutoria vel mixta, non valeret multum hæc compa-
paratio, quia ob damnum a quadrupede datum datur pecu-
liaris actio rei persecutoria t. t. si quadrupes. Deberet ergo
similiter dari actio aliqua de damno vel si mavis, pauperia a
furioso datis. Sed cum actio L. Aquilæ pro penali fuerit

C 3

habita;

22 LARVA LEGIS AQUILIAE DETRACTA

habita, actio vero, si quadrupes pauperiem fecisse dicatur ad furiosum non quadret, (vide JOH. THOMÆ de noxia animal. cap. 2. num. 11. Illustr. Dn. STRYKE in Uſu mod. adit. si quadrupes §. 1.) hinc non potuerunt interpretes Juris Romani salvis suis principiis ullam actionem hic concedere. Dn. STRYKE d. l. §. 2.

§. XXIX.

Quare & in eo abit a Jure Gentium actio Legis Aquilæ, quod cum actio Juris Gentium de damno reparando non ex delicto oriatur, sed ex æquitate vid. §. 10. actio Legis Aquilæ ab interpretibus, qui eam pro penal habuerunt non potuit non etiam pro actione ex delicto haberi. Idque diserte asserit JUSTINIANUS pr. Inſtit. de Obl. quæ ex delicto nasc. fecutus ea in re CAJUM l. 4. de O. & A.

§. XXX.

Denique id Juri Gentium superaddidit Lex Aquilia, ut cum illo Jure perpetuo in simplum directa sit actio de reparandis damnis, lege Aquilia cautum fuerit, ut adversus inficiantem in duplum actio derur, ULPIANUS l. 2. §. 1. adversus consitentem in simplum. Idem l. 23. §. 10. hic. Nihil tamen hic duri aut iniqui subest, ut in primaria dispositione Legis Aquilæ. Cum enim probatio damni dati ſepe sit difficultis, metu hoc negantes, ſe damnum dediffe, reos adigere voluit Lex Aquilia ad confessionem, ut auctores hac parte aliquo modo sublevaret.

§. XXXI.

Pergo ad Jus Canonicum. Eſi hoc non diserte quicquam abrogaverit & nominatim de actione Legis Aquilæ, ſunt tamen quidam textus, ex quibus interpretes communiter formarunt propositiones, doctrinæ Juris Romani de aetio-

actione Legis Aquiliæ contrarias. Videamus ipsos textus.
EX EUSEBIO PAPA refertur, can. in legibus Cap. 12. quæst. 2.
 quod res Ecclesiæ surripiens debeat cum pena multiplicatiōnis eam restituere. In legibus seculi, inquit Papa, cautum
 habetur (qui rem surripit alienam, illi, cuius res directa est,
 in undecuplum, quæ sublata sunt, restituat.) Et in lege divi-
 na legitur (maledictus omnis, qui transfert terminos proximi
 sui: & dicit omnis populus, Amen.) Talia ergo non præsu-
 mantur absque ultione, nec exerceantur absque sua damnatio-
 ne. Proinde si quis Ecclesiasticas oblationes, & quod DEO
 consecratum est rapuerit, vel consenserit facientibus, ut sacri-
 legus dijudicetur, & damnum in quadruplum restituat, &
 canonice punitat. **C**ontra tamen scripsit GREGORIUS in
 canone statim subsequente. Fraternitas tua ex persona furis
 pensare potest, qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidam,
 qui habentes subidia furtum perpetrant: & sunt alii, qui bac
 in re ex inopia delinquent. Unde necesse est, ut quidam da-
 nnis, quidam vero verberibus & quidam districtiis, quidam
 vero lenius corriganter. Et cum paulo districtius agitur, ex
 charitate agendum est, & non ex furore: quia ipsi hoc præ-
 statur, qui corriguntur, ne gebennæ ignibus tradatur. Et in-
 fra. Addis etiam an pro augmento ea, quæ furto de Ecclesiis
 abstulerunt, reddere debeant. Sed absit, ut Ecclesia cum aug-
 mento recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere; &
 luera dannis quarat. **G**RATIANUS, urpote, qui Concor-
 diam discordantium Canonum scribere voluit, hæc duo sic
 conciliat, quod illud Eusebii de Legum severitate, illud Grego-
 ri de Ecclesiastica mansuetudine debeat intelligi. Id certe con-
 stat, Gregorium noluisse, ab iis etiam, qui dolo malo damnum
 dederunt, plus repeti, quam veram damni restitutionem.

§ XXXII.

24 LARVA LEGIS AQUILIAE DETRACTA

§. XXXII.

Affinis præcedenti est canon. si Episcopum 3. C. 16. q. 6.
deceptor ex GREGORII epistolis. Si Episcopum, inquit,
talem culpam admisisse confiterit (quod absit) ut constet eum
non irrationabiliter fuisse depositum, eadem ejus depositio con-
firmetur, & Ecclesiæ res suæ omnes restituantur, que ablatæ
claruerint: quia delictum personæ in damnum Ecclesiæ non
est convertendum. Si enim, ut dicunt, Comitiolus defunctus
est, ab herede ejus, que in iuste ab illo ablata sunt, sine excusa-
tione reddantur. Igitur Jure Canonico tenentur heredes
etiam, defuncti datum ab hoc datum reparare.

§. XXXIII.

Neque solum talia inculcantur in decreto, sed & E-
pistole decretales idem sentiunt. Parochiano tuo, ita scri-
psit GREGORIUS IX. cuidam Episcopo, cap. ult. X. de sepul-
turis, qui excommunicatus pro manifestis excessibus, videlicet
homicidio, incendio, violenta manuum injectione in personas
Ecclesiasticas, Ecclesiistarum violatione vel incestu fuit, dum age-
ret in extremis, per Presbyterum suum juxta formam Eccle-
siæ absolutus, non debent cœmicerium & alia Ecclesiæ suffra-
gia denegari. Sed ejus heredes & propinqui, ad quos bona
pervenerunt ipsius, ut pro eodem satisfaciant, censura sunt
Ecclesiastica compellendi.

§. XXXIV.

Non tamen tenentur heredes Jure Canonico ultra da-
mnum datum, quid penæ loco solvere, ut qui ne quidem
eo Jure tenentur ultra vires hereditatis. Ita enim rescripsit
ALEXANDER III. Claremontensi Episcopo cap. 5. X. de Ra-
ptoribus. In literis tuis continebatur, quod cum H. multis
fuisse criminibus irretitus, qui Ecclesiistarum incendium dia-
bolo

ACTIONE DE DAMNO DATO, ETC. 25

culo infigante commiserat, tandem in ægritudine constitutus, accepta paenitentia de commissis, per manum capellani sui fuit a sententia anathematis absolutus: sed moriens Ecclesiasticam sepulturam babere nequivit. Quapropter si ita res se habeat, mandamus, ut corpus ejusdem, adpell. cess. facias in cæmiterio sepeliri, & heredes ejus moneas & compellas, ut bis, quibus ille per incendium, vel alio modo damna contra justitiam irrogaverat, juxta facultates suas condigne satisfaciant, ut sic a peccato valeat liberari.

§. XXXV.

Fatetur quidem allegatos textus de actione damni ob culpam dati non specialiter loqui, sed ubique memorari homicidia, furti, rapinas, incendia: id tamen exinde generaliter a Doctoribus infertur: Jure Canonico heredes defunctori teneri ex delicto defunctori, quod Jure Civili secus erat. Malo recitare hic verba EMERICI de ROSBACH de comparatione Juris Civilis & Canonici lib. 3. tit. 25. comp. 4. De Jure Civili, inquit, heres ex delicto defunctori non potest conveniri, neque tenetur, nisi quatenus ad eum ex delicto pervenit: vel nisi lis cum defuncto contestata sit, l. post litis contestationem C. si ex delicto defunct. De Jure vero Canonico heres ex maleficio defunctori, cuius bona percepit, licet ex maleficio ad eum nihil pervenit, tenetur, c. si Episcopum 3. Caul. 16. qu. 6. & ibi glos. in verb. reddantur, c. tua nos, de usur. c. ult. de Sepult. c. in literis, de raptor. Ratio, quia delictum personæ in damnum Ecclesie converti non debet, text. in d. l. si episcopum, & ut defunctori per restitutionem danini dati a peccato valeat liberari, text. in d. c. in literis in fin. Non tamen heredes ultra facultates vel vires hereditatis defunctori malefactoris tenentur, text. & gloss. in d. c. in literis, si inventarium fece-

D

rint,



28 LARVA LEGIS AQUILIAE DETRACTA

rint, ut dicit Gloss. in d. c. in literis in verb. juxta facultates, per l. sancimus, §. sin autem, & §. seq. C. de jure deliberandi.

§. XXXVI.

Quodsi igitur æquitas Juris Canonici heredes defunctorum voluit teneri ad restitutionem damni, quod dolo male defuncti datum est ; de quo major erat dubitandi ratio, multo magis tenebuntur ad resarcitionem, si non ex delicto vero teneatur defunctus, sed ex mera æquitate, veluti si culpa, etiam levissima damnum dederit : unde hanc dispositio nem Juris Canonici non insulsa ad Legis Aquilæ actionem Romanam applicuit CYPRIANUS REGNERUS in censura Belgica ad institutiones b.t. f.g.

§. XXXVII.

Miror adeo, quod Clarissimus BOEKELMANNUS in differentiis Juris Civilis & Canonicis Cap. 44. assertuerit, in doctrina de damno iuris dato nullam ocurrere differentiam alieiusus momenti, cum tamen haec tenus dicta contrarium ostendant. Miror etiam, cur in cap. seq. 45. n. 2. scripsiterit: *Jure Canonico actio injuriarum datur heredi & in heredem* c. in literis 5. X. de rapt. Ratio: quia Jus Canonicum credit animas defunctorum puniri in Purgatorio, donec pro peccato satisfiat. Etenim Jus Canonicum in d. Cap. 5. plane de actione injuriarum quanta quanta est, non sit rei persecutoria, sed pure penal is & meram vindictam sapiat, textus vero ad ductus Juris Canonici loquatur de actionibus rei persecutoriis.

§. XXXVIII.

Mores Germaniae quod concernit, ante omnia separandi sunt mores antiqui a novioribus. Illos, quod attinet, proli-

prolixī hic esse nolumus, cum eos satis iam exposuerit Celle-
berrimus SCHILTERUS Exerc. ad Pand. XIX. tb. 52. 53. 54. 55.
ubi potissimas Leges Wisigothorum, Burgundionum, Ale-
mannorum, Baivariorum, Ripuariorum, Saxonum, Friso-
num, Longobardorum huc pertinentes excerpit, ex qui-
bus omnibus patet, regulariter ab omnibus hisce populis
petitam fuisse simplicem rei aestimationem, addita saltē
quandoque pena, eaque legibus determinata, si dolo da-
mnum quis dederis; quod plane abit a natura actionis Le-
gis Aquilicæ.

§. XXXIX.

Videamus paulo distinctius mores Germanorum pau-
lulum propiores temporibus nostris, quos non melius po-
terimus cognoscere, quam ex speculis Juris Suevici & Sa-
xonici, utpote in quibus collecti sunt mores totius Juris Ger-
manici. Ex speculo Suevico hoc pertinet Landr. cap. 228. (See Edit. Goldasti in Reichs-Sachsenen.) Und ist, daß ein
Mann ein Baum zu Wald hauet dem Weg so nahen, daß er
uff den Weg fallen mag, schlecht der Baum ein Menschen zu
tod, man soll ihm das Haupt abschlagen; schlecht er ein Vieh
zu tod, er soll es gelten als es werth was, und dem Richter wer-
ten ein Fräffel. Item cap. 233. Ein jeglich Mann soll gelten
den Schaden, der von seinen Schulden geschicht mit geschicht,
(SCHILTRRUS d. Exerc. 19. §. 56. notat legendum mit Ge-
schichte i. e. Geschüte cum projectu terre, cum fontes & fo-
veæ effodiuntur aut cellæ.) Der Brunnen oder Gruben
gräbet, der soll sie bewahren und verbrücken, als hoch ob der
Erden, daß es einen Mann gang über sein Knie. Thut er das
nicht, was Schaden darvon geschicht, den soll er gelten. Wer
ein Keller oder ein andere Grub gräbet, der soll sie oñn ander

D 2 Leut

28 LARVA LEGIS AQUILIAE DETRACTA

Leut Schaden machen, und soll sie nicht fürbaf in die Straße
sehen, wann ihben Schuh. Item cap. 354. Und hat ein Mann
ein schlahendes Pferd, und wußt er das wol. Wann er drauf
sitz, so soll er die Leut von ihm heissen gan, und soll von den Leu-
ten reuten. Und thut er das nicht, welchen Schaden es thut,
er soll ihn gelten. Thut aber er, als hievor gesprochen ist, se
giltet er nicht. Porro cap. 363. 364. Wer einen Leythund stile
oder zu tod schlecht, der soll seinem Herren des der Hund was,
einen andern als guten geben, als jener was, und soll ihm sechs
Schilling darzu geben. Wer einen Hund stile, der ein Treib-
hund heisset, er soll dem Herren als gutten wieder geben und
drey Schilling darzu. Sequentia cap. 365. idem disconitur, si
quis occidat einen Spürhund, Vyberhund, Windhund,
Wachtelhund &c. nisi quod pro singulis h. see generibus pce-
na variet. Tam sequitur in cap. 366. Und ist das ein Hund
einen Mann anlauffet und ihm in sein Gewand bisset, oder in
sein bloße Haut, wo das an seinem Lybe ist, und mehret er sich,
und schlecht ihm zu todte, er soll Ihm einen als guten wieder
geben, als jener was, und einen Pfennig und nicht mehr. Es
soll aber jener, daß der Hund was, jenen seinen Schaden hal-
ber abliegen, oder er soll ihm des Hundes nicht gelten, und soll
auch dem Richter nit büßen. Item cap. 367. Und ist, daß ein
Mann einen Hund würdet, daß er lamh wird an den Beinen,
und ist niemand nütze, so soll er ihm haben den lamen Hund und
soll jenen einen als guten Hund wieder geben, als jener was, und
viel Pfennig darzu, als davor geschrieben ist. Confer &
cap. 368. 369. quæ disponunt de Accipitribus & Falconibus
furto ablatis & occisis simili modo.

§. LX.

Ex Speculo Saxonico ejusque jure provinciali hue
pert.

ACTIONI DE DAMNO DATO, ETC. 29

pertinent lib. 2. art. 38. Der Mann soll gelten den Schaden, der von seiner Vermahrlosung wegen andern Leuten geschiehet, es sey von Feuer oder Wasser (Brunnen) das er nicht bewirckt hat eines Knes hoch über der Erden. Art. 39. Welch wegfertiger Mann Korne auf dem Felde freget, und den mit sich nirgend hinführet, der gilt den Schaden auch seinen Würden. Lib. 2. art. 46. Wer besät Land eines andern Mannes anderweit eeret, der soll Ihm den Schaden gelten als recht ist, und Ihm darzu sein Busß geben. Art. 47. Wer sein Vieh auf eines andern Mannes Korn treibet, oder auf sein Gräß, der soll ihm gelten den Schaden auf recht und darzu die That verbüffen mit dreyen Schillingen. Art. 48. Lasset ein Mann sein Korn draussen stehen, als andre Leut ihr Korn ein haben geführet, wird es ihm gefreget oder abgetreten, man gilt es ihm nicht. Art. 62. Schlegt ein Mann einen Hund zu todt, oder einen Veeren, oder ein ander Thier, indem als es ihm Schaden will thun, er bleibt es ohne Schaden, ob er das schweren thar auff den Heiligen, daß er es in Nothwer thete, und Ihm anders nicht steuren kunte. Ex libro 3. art. 48. Wer des andern Vieh tödtet, also das mans doch essen mag, mit willen oder unwillen, der muß es gelten mit seinem gesetzten Wehrgeld. Lehmet er es aber, er gilt es mit seinem halben Wehrgeld ohne Busß. Darzu behelt jener sein Viehe auch, daß es vor was. Wer aber tödtet oder lehmet an einen Fuß ein Viehe gerne, oder ohne Noth, daß man es nicht essen mag, es soll es gelten mit vollem Wehrgeld, und auch mit Busß. Lehmet er es aber an einem Aug, er gilt es mit dem halben Theil. Bleibet aber ein Viehe todt oder lahm von eines Mannes Schuld und ohn seinen Willen, und thut er seinen End darzu, er bleibt es ohne Busß, als hievor geredt ist. Lehmet aber ein Mann einen Hund

D 3

und

30 LARVA LEGIS AQUILIAE DETRACTA

und schlägt ihn zu todt, so er ihn beißen will, oder sein Vieh auf der Strassen, oder auf dem Felde, er bleibt es ohne Waudel, geweret er es auf den Heiligen, daß er ihm anders nicht gesteuern kunte. Art. 49. Welch Hund zu Felde gehet, den soll man an Band halten, durch daß er niemand schade. Thut er aber Schaden, den soll er gelten, dem der Hund folget zu Felde, oder sein Herr, ob er selber, der ihn führet, des nicht gelten mag.

§. XLI.

Jam quetmadmodum aliunde constat, & expresse dicitur in Schwaben-Spiegel Landr. cap. 393. quod Jas Suevicum & Saxonum non differant nisi in materia succedendi ab intestato, & in processu ac modo sententias dandi, quia videlicet utrumque collectum est ex moribus populi Germanici; ita apparebit etiam cuilibet, qui conseret excerpta Juris & Suevico & Saxonico hactenus recensita, quod unum jus conveniat cum altero in eandem sententiam in doctrina de damno dato resarciendo, & quod unum facile ex altero declarari, aut ampliari, aut limitari possit. Simul vere patet, quod Germani in actione de damno dato resarcendo nunquam respexerint ad formam Legis Aquiliae, ut pœnae loco aliquid repetierint, multo minus ut essentialie illud Legis Aquiliae quanti res retro plurimi fuerit, observaverint. Sed regulariter data fuit actio de damno dato ad simplicem reparationem damni. Vide excerpta ex Jure Suevico cap. 233.354. Ex Jure Saxonico lib. 2. art. 38.39. Quodsi tamen talia facta sint, quæ plerumque cum dolo malo sunt, tunc præter damni restitutionem solvere etiam debet damnum dans emendam Domino, nisi pecus imperfectum comedipos sit, tunc enim saltem pretium solvit, sed Dominus pecudis inter-

interfectæ illam retinet. Quodsi dubium sit, utrum data opera damnum datum sit, tum reus cogitur se purgare jumento & tum liberatur ab emenda. Vide reliquos articulos §. 39. & 40. excerptos. Igitur ut paucis totam rem exprimam. Culpa damnum dantis non coercetur pena: Dolus coercetur quidem, sed pena certa ac determinata, non incerta, uti in L. Aquilia.

§. XLII.

Unde facile patet, quid sentiendum sit de Philosophia celeberr. SCHILTERI d. Exerc. XIX. §. 59. Atque adeo videtur, inquit, actionem damni sola culpa seu negligentia dati persecutoriam, non esse panalem jure nostro: quippe cum nec pena debatur, nec quanti maximi valuerit. ZOBEL. diff. I. C. & S. p. IV. diff. IX. & X. SCHNEIDEW. J. h. t. § penult. fin. STRUV. h. t. th. 25. Ita & sentit a LEUWEN Cens. for. I. V. cap. 21. §. 16. Verum cum non inspiciendum sit, quid tandem in sententiam venire possit, sed quid in libellum: porro cum juramentum requiratur, quo culpa a dole & procere si purgetur, d. art. 48. adeoque cum dolus a culpa abesse non presumatur, sed juramento deinde dolus a culpa separetur: igitur regulariter præter damni asseminationem, etiam emenda seu pena laeso debita peti potest, atque ita panalem eam esse etiam nostro jure recte assuritur, neque adversus heredes competere. CARPOV. 4 12. def. 9. H. PISTOR. p. I. qu. 27. RICHTER. dec. 55. 19.

§. XLIII.

Scilicet, uia de illa quæstione, an actio de damno dato moribus Germanorum in heredes transeat, infra suo loco videbimus, ita sunt, quæ in hac disputatione Schilteri, notam merentur, qua evincere vult, actionem de damno dato

32 LARVA LEGIS AQUILÆ DETRACTA

dato penaalem esse. Esto, quod in natura actionis determinanda non tam videndum sit, quid in sententiam veniat, quam quid in libellum, dicta tamen a nobis §. 41. satis ostendunt, in actione de damno dato regulariter peti saltem restitutionem damni. Fallitur vero SCHILTERUS, dum putat, regulariter præter damni æstimationem etiam penam peti posse læso debitam: Fallitur, dum putat, quod per d. art. 48. lib. 3. Landr. regulariter requiratur juramentum, quo culpa a dolo & proæresi purgetur; Fallitur, dum putat, quod regulariter non præsumatur dolus a culpa abesse, sed quod juramento demum dolus a culpa separetur. Nam ut d. §. 41. dictum, citatus art. 48. continet exceptionem a regula non regulam ipsam. Intuitu igitur exceptionis actio de damno dato apud Germanos erat partim rei persecutoria, partim penalis. Sed quicquid tamen in hac actione penale erat, id toto celo differt ab omnibus actionibus penalibus Romanorum, ut latius ostendit Do PRÆSES in *Dissert. de Usu actionum penalium in foris Germaniae integrō cap. 2.*

§. XLVI.

Videamus nunc mores hodiernos Germaniae. Licebit autem hos sistere verbis ILLISTR. ORDINARI NOSTRI in Usu mod. Pand. ad tit. L. Aquil. §. 2. Quod usum fori attinet, communiter a Dd. approbata est sententia, bodie damnum non amplius estimari secundum bonitatem in qua res antea fuit, sed secundum statum presentem, in quo fuit tempore damni dati, ut bine qui equum claudum occiderit, qui ante paucas septimanas pretiosissimus fuit, non nisi leve hoc pretium, quo claudus ille equus vendi possit, refundere teneatur. GRÖNWEGEN de LL. abrog. ad §. 15. Instit. b. t. CY. PRIAN.

FRIAN. RE GNER *Censura Belgic. ad L. 2. pr. b. t.* ANTHON.
 MATTH. *ad lib. 47. ff. tit. 3. cap. 3. num. 4.* STRUV. *b. t. 25.*
 SCHNEIDEWIN. *ad J. 13. Inst. b. t.* BRUNNEM. *ad L. 27. n.*
7. b. t. GIESEBERT. *Justinian. Harm. b. t. n. 53.* ubi hos mo-
 res universales dicit.

§. XLV.

Digna quoque sunt, quæ huc integre apponentur
 verba sequentis J. 3. Cum itaque Germani quondam soli da-
 mni præsentis reparacione fuerint contenti; hoc tantum quo-
 ad praxin remaneat dubium, an recepto iure Romano a sim-
 plicitate pristina in æstimando damno discesserint, & diver-
 sam ejus considerationem ad duclum legis Aquiliae receperint?
 Afferere hoc non ausim, cum recepto Jure Romano, pristinæ
 Germanorum consuetudines non penitus sublatæ, ut hinc exi-
 stimem, in quo loco doceri non potest L. Aquiliam hoc intui-
 tu speciatim probatam esse, ibi damnum retro æstimandum
 non esse. Locum autem, ubi L. Aquilia distincta æstimatio
 in specie approbata, nobis exhibet Borussia Electoralis, ubi li-
 bro 6. tit. 10. artic. 1. §. 5. ita cautum deprehenditur: So
 iemand ein vierfüßig oder ander Thier zur Ungebühr umge-
 bracht, oder sonst, außer dieser Fälle ungebührlicher Weise
 Schaden gethan, als so einer dem andern etwas verbrandt,
 zerbrochen, zerrissen ic. da mag er der Beschädigte diese Kla-
 ge L. Aquiliae anstellen, und darinnen bitten, daß er, der Thå-
 ter, das Viehe bezahle, aufs theuerste, als es das nechste Jahr,
 andere Sachen aber (wenn nemlich einem sonst an einem
 Dinge Schaden geschehen) als solche binnen den nechsten 30.
 Tagen gelten können ic. ex quibus tamen verbis patet, in eo
 recessi a Jure civili, quod non distinguat, an animal quadru-

E

pes,

34 LARVA LEGIS AQUILÆ DETRACTA

pes, an bipes læsum; & an quadrupes gregatim pascatur vel non, sed omnia animalia eodem loco habeantur.

§. XLVI.

Et illud addo: Compilatorem Juris Borussici non distinxisse secundum dispositionem Legis Aquilæ, utrum quadrupes, quæ gregatim pascitur, fuerit occisa, vel aliud damnum ei datum, sed omnia damna animalibus illata in primum caput Legis Aquilæ transtulisse: quod satis ostendit, in quantas inconvenientias illi incidere soleant, qui id agunt, ut e foris Germaniae Mores Germanorum eliminent, & Jus Civile introducant. Haud dubie Compilator Juris Borussici eam intentionem habuit, ut actionem Legis Aquilæ invita quamvis Jurisprudentia Germanica introduceret in Borussiam *Confer s. ult.* Quantam vero crucem fixerit Pragmaticis suis vel ex ignorantia Juris Romani, vel ex intempestiva ejus emendatione, vel portius capitii tertii Legis Aquilæ cum primo confusione, hactenus dicta satis ostendunt.

§. LXVII.

Jam in viam. Cum igitur mores totius fere Germaniae petant saltem veram damni estimationem, sponte fluit, quod actio de damno dato recepta in foris Germaniae ne quisquam sit actio Legis Aquilæ, quamvis parum apte communiter Systematici pariter & Pragmatici loquuntur, dum dicitur, hodie actionem Legis Aquilæ in foris Germaniae non dari ad petitionem ejus, quanti res retro plurimi fuerit, quo nihil inconvenientius dici poterat. Actio si quidem Legis Aquilæ, quæ non petit, quanti res retro fuerit, non est Legis Aquilæ actio, cum in eo constiterit formalis

malis ratio istius actionis. Fluit etiam ex dictis, quod plae nullus sit Legis Aquiliae usus in foris Germaniae.

§. XLVIII.

Possimus ad alia transire, nisi urgeret Dn. SCHILTE-RUS, qui d.l. tb. 59. seq. in eo totus est, ut ostendat, non nullum plane hodie esse actionis Legis Aquiliae usum. Age videamus. Ita vero incipit d. tb. 59. Ex hac tenus tractatis vidimus, quam una justi ac aequi regula in omnium quidem Gentium legibus cernatur, sed ea tamen in aliis aucta, in aliis minuta, prout legislatori cuique Reipubl. sue fasique civibus ac eorum moribus commodius aptiusque visum. Liquet etiam, diversam hic in multis esse Legislationem Romanam a Teutonica, ut non immerito dubitari possit, an in foro nostro usus sit aliquis Legis Aquiliae & inde competentis actionis directae, aut ejus subsidiariarum utilis & in factum. Certe non male monuit BRUNNEMANN. ad L 7. n. 11. ad l. 9. n. 1. ad l. 11. n. 14. D. b. t. differentiam istam actionis directae, utilis & in factum in foro non attendi: nam in judiciis indistincte cum, qui mortis (cujusvis damni) causam per culparum præbuit, ex L. Aquilia teneri & supervacuum esse adeo (quod in cathedra sit & Scholis) in discrimine actionis L. Aquilia directae & utilis & in factum operam insumere & sollicite distinguere. Recete omnino, quia istae differentiae fere ex unici juris Formularii Flaviani apicibus profluxerunt. Haec tenus bene. Nunc vero sequitur, quod emendationem meretur.

§. XLIX.

Ita enim pergit tb. 60. Sed nec quod in ipsa directa actione, caterisque subsidiariis, in petitionem venit, nempe quanti maximi res eo anno vel mense fuerit, id in actione no-

36 LARVA LEGIS AQUILÆ DETRACTA

per fori petitur, aut a judice pronuntiatur, sed ad reparatiō-
nem damni tantum agitur, quanti eo tempore res valuit, quo
damnum datum est, & finul ad pœnam seu emendam, nisi
dolus juramento purgatus per d. art. 48. lib. 3. & Dd. nosfra-
tes. Quicquid tamen sit, et si actio de damno culpa dato in
nostro foro frequentata non sit ipsa illa actio L. Aquilæ, pro-
pterea tamen non est nullus L. Aquilæ usus in foro nostro di-
cendus, aut actionis Aquilæ. Communiter iudicium esse
soler, istud: quicquid tamen sit, quod rationes dubitandi
sint fortiores, quam rationes decidendi, cum illa formula
nihil fere denotet, quam bene placitum nulla ratione sub-
nixum. Sed non deest ratio Dn. Schiltero, que formulam
istam demonstrare satagit. Quare necesse est, ut & hanc
audiamus.

§. L.

Explicit eam tb. 61. Quae ut clarius dicam, notandum
est, quod actio, qua in foro Germanico, & Saxonico imprimis
persequimur damni injuria dati reparationem, participet na-
turam genericam seu communem actionis L. Aquilæ, quam
hæc ex æquitate naturali & moribus Gentium obtinuit: na-
turam porro propriam Juris Quidritum vix habet, sed suam
sibi propriam, ex cuiusque nationis jure ac moribus. Rem
in summam contrahamus. Secundum meatem viri cele-
berrimi est aliquis in foris Germaniaæ Usus Legis Aquilæ
aut actionis Aquilæ, quia natura ejus generica apud Ger-
manos est in usu. Quid respondebimus? nil aliud, quam
quod a natura generica ad denominationem speciei non va-
leat consequentia. Essentia specierum sine differentia spe-
cifica nulla est. Alias enim sequeretur v. gr. Gallinam es-
se Elephantum, quia natura generica Elephanti, quod ani-
mal

mal sit, competit Gallinæ. Scilicet non confundendæ sunt quæstiones distinctæ. Aliud enim est querere an Lex Aquilia habeat usum moribus nostris, quam recte negavimus simpliciter. Aliud est: An Leges sub titulo de L. Aquilia comprehensæ usum habeant? Ubi distingendum. Vel enim illæ repetunt generales doctrinas Juris Gentium, apud omnes populos, & sic etiam apud Germanos usum habent; vel pertinent in specie ad Legem Aquiliam qua talem. Et hæc nullum rursus usum habent.

§. LI.

Antequam pergamus ulterius, e re erit dispicere, unde mores hodierni ortum ducunt. Sane convenienter quidem cum Jure Germanico medio, i.e. cum speculo Suevico & Saxonico in eo, quod & secundum illud notaverimus, regulariter actionem de damno competitissæ ad simplicem rei restitutionem. In eo tamen differt actio hodierni fori ab actione illa speculi Suevici & Saxonici, quod hodierna semper detur ad rei persecutionem, illa vero data fuerit quandoque simul ad emendam seu penam Germanicam. Igitur maxime queritur, unde hæc mutatio Juris Germanici ortum ducet? Et nulla alia videtur dari posse convenientior ratio, quam si dixerimus, eam ortam esse ex Jure Canonico. Cum enim supra monstraverimus, Jus Canonicum in omni dativo ex proæfisi dato, non concedere privatis lexis actionem pœnam, & præterea initio notata docuerint, convenire hac parte Canonicum jus cum æquitate naturali & moribus Gentium, sane in tantum se commendavit hac parte Jus Canonicum Germanis ut duritiem morum propriorum ad æquitatem Juris Canonici reducerent: Quo facto plane non fuerunt apti, ut introdu-

38 LARVA LEGIS AQUILÆ DETRACTA

Et, integro seculo post Jus Canonicum, Jure Justinianeo in Academias Germaniae, relicta hac parte Juris Canonici æquitate, resipere potuerint irregularem illam & omni ratione destitutam duritatem Legis Aquilæ.

§. LII.

His vero notatis facile intelligitur, quam recte & optimè satisfecerit Sichardi inventivæ contra mores hodiernos Dn. SCHILTERUS d.l. tb. 65. Igitur nollem, ait, excidisse P̄ctorum nostratium maximo, quod ad eandem rubric. num. 13.14. inculcans practicam libelli L. Aquilæ, ait: Illis sic præmissis, accedendum est ad practicam, & præsertim ad confectionem libelli in actione L. Aquilæ. Et cum in omnibus judiciis nulla actio sit frequentior illa, diligenter perpendenda est forma, non quidem talis, quam hodie indocti Advocati usurpant, & indoctiores judices sequuntur, sed quæ stabiliatur legibus & juribus, qualem ego nullam unquam vide in practica. Bona verba quæso, nec Advocatos, nec judices credo indoctos, qui usum sequuntur fori, quem licet non Leges Romanæ suppeditent, suppeditant tamen patriæ Leges atque Mores ratione civili haud minus desituti. Sed pergit: Ex quibus jam liquet, quantum erretur hodie in practica: ubi in damnis datis, & in iisdem sarcendiis nunquam fit mentio neque præteriti anni, neque tringinta dierum. Enim vero error haud est, quod Legi alicui Romane non est conforme, conforme tamen est, & ipsi Romano veteri, & naturali æquitati & moribus patris. Adde & Juri Canonico, cuius in Germania quoad jura privatorum semper fuit magna autoritas.

§. LIII.

Simul tamen ea, quæ de origine Morum hodiernorum

ACTIONI DE DAMMO DATO, ETC. 39

rum diximus, ostendunt, quod non bene cohærent ea, quæ jam sequuntur apud Dn. SCHILTERUM. Ita enim pergit tb. 66. Denique, ut quod res est, dicam: Tres sunt modi, quibus ex causa damni injuria dati agi in foro bodiero poterit, quos nec confundere invicem, nec si alio præ alio uti quis voluerit, propterea imperitiæ acconfundus, quia omnes sunt jure ac moribus probati. Nos vero non nisi unum modum agnoscimus, ideo jure probatum, quia moribus probatus est, quem videlicet primo loco memorat Dn. SCHILTER in verbis sequentibus: Primus atque communissimus (nos addimus: & unius) agendi modus atque iuri naturali ac Gentium proxime accedens, est, a quo non nisi reparationem damni persequitur, quæ sit restitutio rei æquivalentis aut pretii, sive alicuius pœnae persecutione. Hæc actionis species est moribus Teutonicis tum priscis tum bodieris tritissima, & perperam a Sichardo reprobata. Nam quod & Canonitus in c. si bos 3. de iajur. errare dicit, putantes in libello de bove cornupeta posse concludi, ut æque bonus bos mibi detur, ipse errat, & diversa remedia confundit. Recepit & mores Teutonici atque Gothici, & Canones Ecclesiastici hoc reparationis genus ex divino Hebreorum Jure. Exod. XXI. Si sciebat, quod bos cornupeta esset, ab herri & nudius tertius, & non custodivit eum Dominus suus, reddet bovem pro bove, & cadaver integrum accipiet. Ceterum hujus actionis ad simplicem damni restitutio nem directæ formulam, in nostro foro usitatam exhibet Da. SVENDÖRFF de Act. For. c. 3. m. 27. S. 1. Dass Beklagter den angegebenen Schaden zuersetzen ic. Atque hæc neque ex L. Aquilia, neque pœnalis. Hic initio acceptamus, quod hæc actio neque ex L. Aquilia, neque pœnalis sit, & quod adeo ipse

40 LARVA LEGIS AQUILIAE DETRACTA

ipse Dn. Schilterus larvam hanc isti actioni detraxerit. Deinde cum ipse Da. Swendendöfferus solam hanc actionem memoraverit in tractatu suo de actionibus; magnum argumentum accedit nostrae sententiae, quod formula L Aquiliae in praxi plane non sit recepta, partim quod Vir J. Cossinus sit praeceos Germanicæ gnarissimus, partim quod nihilominus alias Juris Romani amantissimus, ut vel ex ejus notis ad ECKOLTUM l. 40. Pandeat patet.

§. LIV.

Unde, quod obiter immiscere liceat, merito vapulat formula illa agendi, quæ in SCHACHERI *Collegio Practico ad tit. de L. Aquilia legitur*, quam propterea etiam absque ulteriore nota apponemus, saltem ut appareat, qualem confusionem, etiam in praxi, soleat introducere incantum studium Juris Justiniane. P. P. N. saget, daß als N. Augusti, jüngsthin auf öffentlicher Straßen vor N. Hause fürüber gegangen, N. mit N. bey der Bierzeche in Hader und Streit gerathen, und einer auf den andern mit Steinen losgeworfen, Kläger von N. mit einem grossen Steine an Kopf geworfen, und dermassen beschädiget worden, daß er nicht allein auf Valtbier, Medicum und Apothecken, auch sonst vermöge beyliegender Specification grosse Unkosten aufwenden, sondern auch interim an seiner Nahrung so viel versäumen müssen, daß er lieber 200. Reichsthaler entrathen, als den Abgang an seiner Nahrung erdulten wollen: Wenn dem in Rechten wohl versehen, daß, wenn einer aus Verwahrlosung, Unverstand, Versehen, und durch seine Schuld, dem andern an seinem Leibe, Haab und Gütern Schaden zugesetzt, und um etwas an seinem Vermögen bringet, oder an seiner Nahrung verkürzet, derselbe nach Gelegenheit der Sachen, dem andern den Schaden, nach dem Werth, als es binnien

ACTIONI DE DAMNO DATO, ETC. 41

Hinnen Jahres Frist, oder Monathes Zeit gewesen, er-
sehen und erstatten solle; Als fordert Kläger ic. Vitter ic.
dass nicht allein Beklagter der begangenen Misshandlung und
Verbrechung halber (ob sie gleich aus Unvorsichtigkeit und oh-
ne bösen Vorſatz und Willen geschehen ſeyn mag) extra ordi-
nem arbitrio judicis billich zu beſtraffen; ſondern auch Klä-
gern alle Nutzbarkeiten, fo er die Zeit über, als er an ſeiner
Nahrung verhindert, entbehren müssen, und die verderbte
Sachen, was ſie innerhalb 30. Tagen am meiften gegol-
ten, neben dem Arzt Lohn, Apotheker und andern Unkosten
in der Cur, auch in Gerichten, und ſonſten aufgegangen, (ſo
hiermit auf 500. Reichsthaler geſchätzt werden, mit Erbie-
then, deſhalb einen Eyd abzulegen) zu erſtatten ſchuldig
ſey.

§. LV.

Sed redeamus ad SCHILTERUM nostrum. Is ita
pergit tb. 67. Præter hanc communissimam competit etiam
actio ex Lege Saxonica lib. 3. art. 48. pænalis, cum injuria-
rum actione cumulata, deferens juramentum reo, quo a dolo
& pena liberetur. De hac antea diximus, qua tamen ipſa
in foro minus frequens opinor. Nos addimus, hanc actio-
nem non ſolum minus frequentem in foro, ſed plane
invisibilem, adeoque non poſſe referri in classem earum a-
ctionum, quæ jure & moribus approbatæ ſunt. Dum e-
ním haec actio a temporibus Sichardi ad nostra tempora
usque moribus ſit improbata, & non uſu tam diuturno es-
ſe deficerit utique ad actiones emortuas.

§. LVI.

Reſtat tertia. Da hac ita Dn. SCHILTERUS d. tb. 67.

F

Deni-

42 LARVA LEGIS AQUILIAE DETRACTA

Denique tertio prodita est ex Lege Aquilia actio penalis, & cum Jure Romano in Imperio Teutonico recepta. Quae et si non ita trita est in fori usu, de qua re querebatur Siehardus, & inde nec Schneidwinus nec Oldendorpius practicam ejus formulam exhibent: non dubito tamen ejus usum esse posse, secundum ea fundamenta, quae in primordio hujus ad Pandectas commentationis jecimus, & quemadmodum Siehardus ejus formulam commendat. Etenim negamus, quod actio L. Aquiliæ sit cum Jure Romano in Imperio Teutonico recepta, quamcumque etiam hypothesia de intellectu Recesuum Imperii, de Jure Cælareo communi loquentium sequaris. Est enim Jus Romanum saltem receptum ut subsidiarium, i. e. deficientibus actionibus Juris Germanici. Dum igitur Germani jam habent actionem de damno dato, quæ plane aduersa est actioni L. Aquiliæ, & haec tenus etiam nemo in foro actionem L. Aquiliæ usurpavit, certum est, eam cum Jure Romano non esse receptam. Quod vero attinet fundamenta in primordio commentationis ad Pandectas jacta, ea jam destruxit Culpisius, ut adeo non opus sit eadem hic prolixe examinare.

§ LVII.

Ulterius vero sequitur ex haec tenus dictis, si actio forensis hodierna, de damno dato, non est actio Legis Aquiliæ, sed ea actio, quam Jus Gentium hac parte commendat & æquitas Canonica; simul cessant hodie in foro omnes illæ conclusiones superius notatae in quibus Lex Aquilia recessit ab æQUITATE Juris Gentium, Connexio per se patet. Antecedens vero haec tenus probavimus. Ergo nihil amplius restat, quam ut ipsas illas conclusiones paulo distingui consideremus.

§ LVIII.

§. LVIII.

Potissimum hoc pertinet transitio ad heredes. Jure Gentium actionem de damno dato ad heredes transire docuimus §. 13. Actionem Legis Aquilie tanquam penalem ad heredes non transire dictum §. 24. Jure Canonico introductam esse iterum aequitatem Juris Gentium notavimus §. 23. s. q. Jure Suevico vel Saxonico si res defraui debet forte multa adhuc disputari possent ob textum in Jure Provinciali speculi Suevici art. 27. Diebheit, noch Spiel, noch Wucher ist niemand schuldig zu gelten für den andern, oder ob er wieder kein Gericht gehabt hat, ist aber eine Schuld die auf ihn gezeugt, ohne die ich ieho habe genennet, die erzähligen Schuld sollen die Erben büßen, dem Kläger und dem Richter. Ist aber keine Schuld auf den todt Mann erzeugt, so büßen das die Erben nicht; Hat er dñs Gut verzehret mit den Erben, sie sollen es gelten gar. Aber haben sie das nicht genossen, und ist auf den todt nicht gezeugt, sie gelten seyn nicht. Hic igitur deum regulariter post probationem, aut condemnationem actiones penales & damni persecutoriae, in heredes transeunt, & ne quidem post probationem actions de furto, ale, vel usura. Vid. DN. PRÆSID. diss. de Uju a. p. p. in for. Germ. cap. 2. §. 16. Quid ergo de moribus hodiernis hoc respectu dicendum? Respondendum, cum actio hodierna de damno dato sit actio fundata in aequitate Canonica & Jure Gentium: ideo actio hodierna dabitur contra heredes.

§. LIX.

Cum tamen lectores magis respicere soleant autoritates quam rationes, en assensum DAVIDIS MEVII, JCII

F 2

&

44 LARVA LEGIS AQUILIAE DETRACTA

& juris scientia, & longa rerum in foro gestarum experientia vere magni. Hic Part. V. Decis. 39. Actiones ex contractu ad heredes transire tam active quam passive certo iure tradictum est. Quoad illas autem, quæ ex delicto descendunt alia communis iuris dispositio est, non nisi duobus casibus, si lis cum defuncto contestata sit, & si ex delicto quid ad eum pervenerit, tenentur. Inde occasio circa actiones disquirendi, qualis sit & unde, an ex delicto, an ex contraria? cum autem id incidet, ubi de danno alteri illato agebatur, inanom esse eam disputationem reputatum est, quod æquum esset, heredem dominum a defuncto ex non observato contractu illatum sine discrimine, delicto nec ne damnum datum fuerit, quatenus vires patrimonii patiuntur, resarciri, non attento an lis cum defuncto contestata non sit, aut ad heredem ex eo nihil pervenerit. Id consideratum in causa GEORG. CHRISTOPH. BEHREN liberorum contra viduam JOHANN HORSTMANNIS, die 14. Januarii Anno 1657. Ad ditque tum in notis: De Jure Civili et si aliquis fecus sentire posse, ex æquitate tamen Canonica quæ ad danunum alteri illatum naturalis est obligatio, ad heredes transitoria redditiva est, ut teneantur quatenus ex bonis capiant, FABER in s. personales Inst. de Perpet. & tempor. action. ubi ait, eam sententiā ut æquam in foro Lucor. 4. esse servandam, sicut in Parlamentis Galliae servari docet VAPON. in arrest. lib. 24. tit. u. arrest. 3. & fin. eam præferendam esse ait COVARRUV. lib. 3. var. resolut. c. 3.

§. LX.

Contra DN. SCHILTERUS in Synopsis Juris privati ad b. t. n. n. Ex æquitate Canonica heredes hodie obligatos esse

ACTIONI DE DAMNO DATO, ETC. 45

esse vult MEV. P. 5. Dec. 39. n. ult. BRUNNEM. ad d. l. 29. n.
13. SCHILT. Ex. 19. tb. 37. Jus Roman. tamen in praxi ma-
gis est receptum. BRUNNEM ad l. i. ff. de Privat. delict. n. 6.
in fin. ENGELBR ad ff. b. tb. 10. CARPOV. P. 4. Cap. 12. 9.
Sed non video, cur id, quod Carpzovius cum elio Doctore
statuit, magis dici debeat esse in Praxi receptum, quam o-
pinio Mevii & Schilteri. (Nam Brunnemannus Brunne-
manno non debet opponi.) Sane uti Schilteri autoritas in
foris variorum territoriorum Europæ fundata est, ita &
Mevii hodie in judiciis etiam Saxonis major est autoritas
quam Carpzovii. Et jure major est, quia qui contraria
sententiam tenent, adducunt textus de actione Legis Aqui-
litæ. Vide præter reliquos HARTM. PISTOR. loc. cit. qu. 27.
At actio hodierna non est actio Legis Aquilæ. Ergo &
in hac quæstione, si larva detracta fuerit, sententia Mevii
irrefutabilis est. Quodsi tamen ulterius autoritatem desi-
deres, sit unus instar omnium ILLUST. ORDINARIUS NO-
STER in Usu modern. ad tit. de L. Aquil. ff. 5.

§. LXI.

Porro Jure Gentium si plures damnum dedissent, u-
nius solutione liberabantur reliqui, *supra* ff. 14. Lex Aqui-
lia contrarium statuit ff. 25. quia haec actio est pœnalis.
Jus Canonicum & Germanicum medium, hac de quæstio-
ne nihil. Quid ergo moribus? sufficit, quod mores se-
quantur Jus Gentium; Ergo larva Legis Aquilæ actioni
hodiernæ detracta, & haec quæstio dubio caret. Consen-
tit DN SCHILTERUS d. l. ff. 70. Quando actione ex moribus
ad meram damni reparationem, qua pena culpe non com-

F 3

prehendit.



46 LARVA LEGIS AQUILÆ DETRACTA

prebenditur, agimus, oppido patet, singulos damnum dantes
conjunctionem non in solidum teneri, cum nulla sit pena, sed re-
stitutione facta semel ab uno, idem a ceteris pluries peti ne-
quit; veluti si plurium culpa incendium ortum fuerit, da-
mnunq[ue] vicino datum & ab uno resarcitum, ceteri libe-
rantur. Etsi vero aliter pronunciandum esse subjungat
idem ibidem, si actio penalis ex moribus instituta sit, quia
tamen hanc actionem penalem supra §. 42. 43. & 55. rejici-
mus, inde & haec conclusio corruit.

§ LXII.

Restat illa quæstio, quam supra §. 9. tractavimus,
quod scilicet Jure Gentium actio de damno dato reparan-
do, detur etiam contra furiosum & infamem, damnum dan-
tes. Etsi vero & hic Lege Aquilia aliter cautum fuerit,
quia tamen §. 26. 27. ostendimus, hujus decisionis nullam
aliam rationem dari posse, quam quod actio L. Aquilæ sit
penalis, hodierna vero actio, larva Legis Aquilæ ei detra-
cta, talis amplius non sit, igitur & illud necessario sequitur,
quod actio hodierna dari debeat adversus furiosum & in-
famem. Miror equidem, quod Doctores, ubi de moribus
hodiernis loquuntur, hanc quæstionem intactam relique-
rint, commode tamen illustrationis gratia ad sententiam
nostram corroborandam licebit efferrare rationem DN SCHIL-
TERI quam habet d. l. th. 73. ad decidendam quæstionem
de transitu in heredes: Illa obligationis species, inquit, que
est ad damni reparationem non personam respicit delinquen-
tis, sed rem ac bona, ex quibus reparatio est facienda; sicut
igitur dominum dans obligatus ad damnum resarcendum
est

ACTIONI DE DAMNO DATO, ETC. 47

*et ex bonis suis, ita damnum passus habet jus & actionem
ad rem ablatam vel corruptam reparandam ex bonis la-
dentis.*

§. LXIII.

Neque tamen plane omittends est dispeſtio de pce-
na iſſicationis quam ſupra ex Lege Aquilia adduximus.
ſ. 30. Hic vero iterum nobis očia fecit DN. SCHILTE-
RUS d.l. tb. 46. Caeterum quācūq; non tantum Jure Ro-
mano, ſed etiam Salico Francorum iſſicationis pena erat
duplum, atque ad id eventualiter in actionis bujus formula
ſemper agi poterat, veluti etiam OLDEND petitionem bujus
actionis ſubalternatam iſſitui poſſe tradit, ſ. 7. b.t. Uſus
tamen fori noſtri nec illud obſervavit, teſtante & repreben-
dente RICHARDO in Rubr. C. b. t. fin. Quod vero nove,
vere tamen, in libelli fine adjecimus, negantem eſſe con-
demnandum ad duplum, id hodie nunquam fit. Eſt ta-
men utile. Uſque adeo eſt fortis illa adjectio, ut Judex
teneatur ſecondum illam pronunciare: & niſi faciat, potheſt
ab eo appellari. Sed quid ſi nec in appellationis judicio id
fit in uſu? Certe fruſtra invehibimus in cathedra in uſum fo-
renſem, quem nec poſſumus tollere, deſtituti vel Legiſlato-
ria vel Praetoria autoritate, nec forte ſatis refutare; quum
uſus fori noſtri propterea non fit temerarius aut iniquus,
quod non peraeque conformis eſt Juvi Romano; quin imo
equitati naturali longe propinquior in multis articulis de-
prebenditur.

§. LXIV.




48 LARVA LEGIS AQUILIAE DETRACTA.

§. LXIV.

Nec obstat Sanctio Prutenici juris l. 6. tit. Artic. 1.
§. 5. Es mag auch in dieser Mißhandlung der zugesetzten
Schaden der Beklagte, so sich zur That bekennen, einsach,
der Zeugnende aber wegen der begangenen Eigentum, zweifach
vom Richterlichen Amt, so darum in specie von Klägern
angerufen und gebeten, gestrafft werden. Jam enim supra
notavimus § 46. Compilatorem hujus juris, et si satis in-
feliciter, omnibus modis eo allaborasse, ut contra con-
suetudinem Germaniae in Borussiam introduceretur
actio Legis Aquilae.

T A N T V M.





Halle, Dr. o. 1703

ULB Halle
002 169 630


3



5b

B.I.G.

Farbkarte #13



1703, 28 f.
17

CHRISTIANI THOMASII ICTI
POTENTISSIMO PRVSSORVM REGI A CONSILIIS INTIMIS
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE DIRECTORIS, PROFESSORIS
IVRIS PRIMARII ET ORDINIS ICTORVM PRAESIDIS

TRACTATIO IVRIDICA,
LARVA
LEGIS AQVILIAE
DETRACTA
ACTIONI DE DAMNO DATO,
RECEPTÆ
IN FORIS GERMANORVM.

Print. hab. Hal. 1703.



HALAE MAGDEBURGICAE,
LITTERIS HENDELIANIS, 1750. (6)